vi et violenter in civitate Premisliensi intercepurunt et in domo famati Federko civis Premisliensis captivarunt ibidemque protunc ab eodem bursam cum triginta taleris quos talleros domino suo pro equis per eum in nundinis in Karczuga vendit[is] deferebat violenter receperunt. Et hic idem ministerialis Andreas Mieszke kagorde Hussakowsze[?] subditus praefati Nomine[?] Prochowski coram officio praesenti castrensi Premisliensi ostendit et manifestavit vulnus livid[um] sub oculo sinistro, item vulnus lividum in naso, item vulnus cruentum supra aure sinistra[?], item vulnus lividum in genu pedis sinistre, quae vulnera asserebat sibi fore inflicta per subditos de villa Nyebrzybka, quae vulnera officium vidit et suscepit.

[Relatio?] posita cum ex parte Popielow contra Wolossieczki

Ministerialis Terrestris Premisliensis providus Thomas de Ozimina coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter in vim relationis suae propriae palam et per expressum recognovit quia feria quinta post festum sancti Stani[slai] in Maio anno proxime praeterito praesentis, iudiciis[?] castrensibus ad decernendum vadia tricenta relationem tradendum castrensem Premisliensem ad decernendum vadia tricenta citationem suam ex parte nobilium Petri et Thoman Popyelow super generosum Joannem Wolossieczki in bonis suis villa Wolosza[?] in curia ibidem sita posuit et reliquit posicionemque eiusdem citationis suae indotesiam familiae eiusdem curiae ac incolis eiusdem villae prouunit[?] et ad noticiam deduxit quae ita et non aliter fieri ipse ministerialis recognovit et ad noticiam deduxit.

Intromissio non est admissa per Nihowska Czirmienski

4/X. Actum in Castro Premisliensi feria quinta ipso die festi sancti Francisci Anno Domini 1.5.6.5.

Ministerialis Terrestris Premisliensis providus Jaczko de Bylicza[?] una cum nobilibus Keczy[?] Hordynski et Wasko Bagynski secum comparentibus coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter in vim relationis suae propriae palam et per expressum recognovit quia feria quinta ante festum sancti Stani[slai] in Autumno proxime praeterito praesentis fuit cum dictis nobilibus in bonis villae Konynsky[?] heredis nobilium Barbarae et Dionisii quorum et quam nobilis Joannes Czermienski[?] ministerialis decretum officii capitalis castrensis Premisliensis volnit[?] ac Steptasky[?] intromittere in bona dicta in tota et integra medietatem villae Konyny[?] ratione inscriptionis terrestris Premisliensis obligatoriam in summa quadragintorum trigintorum florenorum pecuniae communis per praefatam Barbaram

et Dionisium maritum cum filio Nihowskye praefato Joanni Czermienski inscripta prout de praefata[?] tam inscriptio obligatoria quam et decretum castrensem Premisliensem latum obloquuntur, praefatam intromissionem in bona praefata eidem Joanni Czermienski per praefatos Barbaram et Dionisium Nihowsky maritum et filium non est admissa immo tenere denegata, quae ita et non aliter fieri ipse ministerialis recognovit et nobiles praefati relationem ipsius ministerialis sua personali recognitione attestabant.

Jlniczki quietat de vulneribus Wassiel de Wielinicze

5/X. Actum in Castro Premisliensi feria sexta post festum sancti Francisci proxima Anno Domini 1.5.6.5

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus nobilis Szczensny[?] Jlniczky filius nobilis Iwanko Jlniczky propria palam et per expressum recognovit quia sibi est totaliter et plenarie satisfactum de vulneribus a laborioso Wassyl de Wyelinicze subdito nobilis Antonii Wladimir[?], quae vulnera habuit in se dicto[?] Szczensny[?] per eundem Wassyl de Wyelinicze, ratione cuius satisfactionis eundem de praefatis vulneribus quietat et liberum facit sibique et suis successoribus praefatis omnibus perpetuum ac aeternum imponendo silentium.

R[e]l[ati]o ministerialis ex parte Orzechowski contra Kowinczkie

Ministerialis Terrestris Premisliensis providus Andreas de Wyskotj[?] una cum nobilibus Adamo Camenczky[?] et Sebestiano Dembowsky secum comparentibus coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus stans personaliter in vim relationis suae propriae palam et per expressum ubicunque et coram quovis iudicio seu officio Regni faciendo recognovit quia idem ministerialis cum nobilibus est praesens in villa Baranczycze feria tertia post festum Nativitatis gloriosissimae Virginis Mariae proxime praeterita ex parte generosi Stanislai Orzechowsky heredis in eadem Baranczycze in et contra generosos Chropszycrum et Joannem Kowynczkye in eadem Baranczycze quam relationem in scheda papirea sigillata sigillis certorum nobilium cum subscriptione propria protunc in eadem relatione circa eundem ministerialem exstiterat cuius eius recognitionis et schedae praefatae tenor est talis:

Dzialo sie to we wtorek pierwszy po narodzeniu panny Maryey Lyatha Bozego 1.5.6.5. Kiedym ja Andrzey wozny Zwyskotj przydany od Szarzu